Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



22

dic uerbo & sanabitur puer meus. Nam et ego
homo sum sub potestate habens sub me milites.
& dico huic uade & uadit. & alio ueni & uenit.
& seruo meo fac hoc & facit. Audiens aut ihe
miratus est. & sequentibus se dixit. Amen dico
uobis. non inueni tantam fidem in isrl. Di
co autem uobis. quod multi ab oriente & oc
cidente uenient & recumbent cum abrahe.
& ysaac. & iacob in regno celorum. filii autem
regni eicientur in tenebras exteriores. Ibi
erit fletus & stridor dentium. Et dixit ihe
centurioni. Vade. ~~uade~~ & sicut credidisti fi
at tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Fratres. Nemini Dom. iii. adrom.
quicquam debeatis. nisi ut inuicem diligatis.
Qui enim diligit proximum. legem im
plebit. Nam non adulterabis. non occides
non furaberis. non falsum testimonium
dices. non concupisces rem proximi tui.
& si quod est aliud mandatum in hoc ver
bo instauratur. diliges proximum tuum